Memoria Friderici Benjamin Osiandri. In consessu Societatis regiae scientiarum d. XV. Jun. MDCCCXXII. commendata ... / [Johann Friedrich Blumenbach].

## Contributors

Blumenbach, Johann Friedrich, 1752-1840. Königliche Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen.

### **Publication/Creation**

Gottingae : Typis H. Dieterich, [1822]

#### **Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/vc99qray

#### License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org

# MEMORIA

53050

# FRIDERICI BENJAMIN OSIANDRI

CONSESSU SOCIETATIS REGIAE SCIENTIARUM

IN

D. XV. JUN. MDCCCXXII.


COMDENDATA

AB

JO. FR. BLUMENBACH.

GOTTINGAE

TYPIS HENRICI DIETERICH.



Est inter veteris Latii inscriptiones sepulcrales inprimis vna brevis ea sed animum mouens, ad viam Appiam his verbis concepta: T. LOLLIUS T. LOLLII F. HIC PROPTER VIAM POSITUS VT DICANT PRAETEREUNTES LOLLI VALE.

fattienn verunnit, que de centplisse ques profitebannise.

faibendo quam docendo jilafubati, anmai ac de vainer Sano

glad Weitenis, multimode et impente mornit, "... ve imprent de

narino, polimodam archidizconol Hirel hemenly, mare ex livro

noilles Butenprid et nobili inus, cui prantes ministro inician sais

Congruum hoc cogitanti homini votum vt toties eius varia occafione data memini, ita et viuidiffime obuerfabatur animo cum trifte mihi incumberet officium collegae defideratiffimo hodierno confessure elogium dicere, cui quidem ea voluntate fatisfacere ftudui, vt et auditores, et fi qui olim etiam fint lectores, itidem codem pio et beneuolo animo dicant OSIANDER vale.

Et quidem huic negotio non imparem censebunt, qui norint me optimo viro per 30 fere annos non collegiali tantum verum et arctiore et amicissima familiaritate coniunctum fuisse, ita vt de indole et ingenio eius, acque ac de studiorum suorum ratione qua ad tantum in arte quam exercebat salutifera fastigium peruenit, quo de disciplinis quas profitebatur et tam foribendo quam docendo illustrabat, aeque ac de vniuersitate nostra litteraria et nobili eius cui praeerat instituto obstetricio, tum et quod proxime ad nos attinet, de sodalitio nostro, commentationibus in confessu societatis statuto ordine et religiose recitatis, multimode et impense meruit, — vt inquam de his si quis alius candide et vere referre me posse confidam.

Natus est, cuius iacturam lugemus FRID. BENJ. OSIANDER anno superioris seculi 59° Zellis Würtenbergiae, patre Jo. Ru-DOLPHO, postmodum archidiacono Kirchhemensi, matre ex stirpe ZEYERIA, filia diaconi Esslingensis.

De iuuenili eius inftitutione hoc praesertim commemorare liceat quo quidem artis salutaris studiosis tanquam exemplar ad imitandum proponi poterit, quod nempe mature iam gustu et amore latinae linguae imbutus fuerit, cui praesertim antequam academiam peteret in coenobiali schola quae Denkeldorssi floret, strenue operam dabat, et haud vulgarem eius peritiam inde partam serioribus adhuc annis, vt in aliis scriptis latine exaratis ita et in docto et passim festiuo epigrammatum opere comprobauit \*).

Postquam studio medico cui se iam a prima iuuentute vouerat, tam in patria Tubingensi academia quam in Argora-

<sup>\*)</sup> Praeter alia vero quae iuuenem medicum fludio fuo aptiorem reddunt, graphicae quoque imo et plasficae arti fubfeciuas impendit horas et vtilia postmodum in vtraque arte specimina, tum iconum ad illustranda scripta fua delineatione, tum et hysteroplasmatum figuratione exhibuit.

tenfi fedulo incubuerat, et inprimis arti quoque obstetriciae operam dederat, a. 79<sup>no</sup> Kirchhemium reuersus, praxin medicam exercere cepit.

Degebat ibi tum temporis vir memoratu dignifimus, Georgiae noftrae Augustae ante hos 70 annos alumnus, Baro DE PALM, in otio quo frui fortuna ipsi concesserat minime otiosus et bonarum litterarum, inprimis latinorum auctorum classicorum studiofissimus, idemque in indigos bene merentes clam et occulte fed largiter beneficus.

Hic, postquam OSIANDER noster \*) in eius notitiam venerat seque huic Maecenati maxime eodem latinae linguae amore commendauerat, et quod artem salutarem quam prositebatur cum politioribus litteris coniungeret, auctor ipsi suasorque fuit et sumptus eo fine praebebat, vt adhuc vnam alteramue celebrem in Germania scholam obstetriciam frequentaret.

Petiit eo fine Cassellas voi per quinos continuos menses instructione et familiaritate G<sup>ii</sup> W<sup>mi</sup> STEIN sen., celebris ea aetate magistri obstetricii, itidem ex schola Gottingensi profecti, vtebatur.

Dehinc in patriam reuerfus per decennium non artem folum felici cum fuccessu exercuit verum et scriptis ad eam facientibus litterato orbi medico tam laudabiliter innotuit vt a. 92 post discessum FISCHERI quondam nostri qui hactenus hospitio obstetricio praefectus erat, in eius locum huc euocaretur.

Et quidem hocce Xenodochium iam anno superioris seculi 51 minore quidem tum temporis modulo institutum, eatenus in

<sup>\*)</sup> Qui et post fata PALMII memoriam eius grato animo in promituario Hannouerano a. 1819 p. 993 – 1026. recoluit.

in historia artis obstetriciae memorabile dicendum est quod tunc in Germania primum fuerit non tantum informandis matronis obstetricibus sed maxime erudiendis iuuenibus medicinae studios destinatum \*).

Postquam vero a. 85 Regis ordinumque prouincialium munificentia nobile quo iam Georgia Augusta gaudet obstetricantium hospitium exstructum effet, primus id habitauit et instituit OSIAN-DER \*\*) qui guidem, quam impense et multifarie tam longa annorum serie exemplari assidua et sollicita directione eius tum docendo et circiter ter mille tironum medicorum in arte sua instruendo, tum eam et admiranda in eius exercitio dexteritate et inde pendente securitate matres et earum partus seruando reipublicae et humanitati profuerit, vel exinde computare licebit, quod ex octogenis et saepius centenis puerperis quae quouis anno partus suos in hoc Lucinae sacrario enixae sunt saepe per integros annos ne vna in eo hofpitio obiuerit, maxime vero ex co, quod per fena illa quibus eo profuit lufira, nunquam crudeli multorum artis obstetriciae magistrorum encheiresi, aut partum adhuc in aluo materno haerentem diffecare et exenterare aut caput eius perforare et excerebrare \*\*\*) aut brachium auellere necesse duxerit, contra vero forcipis a se perfecti, quem manus suas artificiales

\*) Cf. OSIANDRI Denkwürdigkeiten. T. I. introduct. p. XL. et EJ. Geschichte der Entbindungskunst p. 454.

\*\*) Cf. Denkwürdigkeiten 1. c. p. LVII.

et cl. SAALFELD Geschichte der Univers. Göttingen v. 1788-1820. P. 452.

\*\*\*) Inprimis vero perforationem capitis proni, versione nascendi infantis in pedes vitare docuit, et saepe eam encheiresin felicissimo cum fuccessa ipso capite pracuio iam in aperturam peluis superiorem incuncato, exercuit. appellare folebat, tempestiuo et cauto adminiculo innumeros partus ex difficilibus faciles reddiderit.

7 -

Verum praeter forcipem hunc, qui, vt alia quibus fe commendat commoda taceam, inprimis praeter iuncturae rationem eo a prioribus differt, quod cochlearia eius vt vocantur non fenefirata fint, plura adhuc ad artem obstetriciam facientia instrumenta et vtensilia aut primus inuenit aut saltem emendauit et perfecit \*) quorum vberiores descriptiones et iconismos vt variis suis scriptis ita nominatim in commentationibus Regiae Societatis ipse exhibuit.

At enim vero non fatis ipfi erat tirones medicos tantum in empirica encheirefi obfietricia erudire et exercere, verum et ils folidiori fundamento nixam grauiffimae difciplinae doctrinam tradere, cui quidem fcopo inprimis inferniebat ditiffimus praeparatorum anatomicorum et pathologicorum thefaurus, quem partim proprio et indefesso fudio collegerat, partim magno aere aliorfum coëmerat et nunc in eundem vfum filio JOANNI FRIDERICO paternae doctrinae et artis heredi feliciffimo, collegae nostro coniunctiffimo, legauit.

Quum autem praeterea in vniuerfa qua late patet disciplina medica rite imbutus et versatus esset, scriptis quoque vix vnum alterumue eius campum liquit intentatum \*\*).

- \*) Conf. de pluribus eorum, v. c. de inftrumento Ofiandri dilatatorio et introductorio, acu adoperta rumpendis velamentis inferuiente, hyfterotomio, clifeometro, peluimetro, et ftatera ad examinandum neonatorum infantum pondus, praeter enchiridion artis obftetriciae, commentationum recentiorum Soc. Regiae vol. I. et III. et defcriptionem fellae obftetriciae infra dicendam.
- \*\*) Accuratum fcriptorum eius indicem exhibet cl. SAALFELD l. c. p. 369-73. et 626 fq. quibus postea accesserunt adhuc (practer varia promtuario Hannoucrano a. 1820 et 21. inferta) sequentia:

Et quidem mirationem fubit in omnibus eius foriptionibus infinita lectionis varietas, eaque non e libris tantum haufta proxime ad fiudia quibus fe vouerat facientia, fed magnam quoque partem ex promtuariis mifcellis periodicis et plagulis ephemeridum publicarum, quas quidem non aliorum modo tantum obiter percurrere, verum fedulo excerpere et in horrea fua congerere folebat, vt fi res poftularet inde ftatim depromere poffet.

Et fi in his parergis passim eum extra oleas vagari videamus, fique subinde etiam iocos salesque admiscuerit quales quidem inter privatos parietes et samiliarium colloquia magis opportunum locum habere videri possunt severe censori, quam in operibus de gravissimis disciplinis in quibus huiusmodi ornatum potius res ipsa vetat contenta doceri, QUINTILIANI tamen in institutionibus exemplum suo modo sequutus ideo ea admiscuisse videtur, vt scil. hoc ipso alliceret lectores si ducti iucunditate aliqua lectionis, libentius discerent ea, quorum ne ieiuna atque arida traditio auerteret animos, verebatur.

Qui vero OSIANDRUM vnice ex fcriptis fuis et non vt quidem ego familiarius norunt, mirabuntur forte rixas et contentiones quas passim, et serioribus praesertim aetatis suae annis cum pluribus — ne dicam plurimis coaeuorum per Germaniam de arte obstetricia auctorum habuit.

65) Veranlaffung zu einer Reife nach Leipzig. Tubing. 1820. 8.

66) De refpiratione, vagitu et vi vitali foetus humani inter partum ac confestim post illum series observationum, quae proximo vol. Commentat. recentior. Soc. Reg. fcientiar. continebitur.

67) Handbuch der Entbindungskunst. II. Bs. 2te Abtheil. Tubing. 1821. 8.

68) OSIANDER's Geburtsfielle. ibid. cod, 8. c. fig. aen.

et 69) CHRISTUS aufblickend zu seinem Vater und zu unserm Vater. Gotting. eod. 8. Et ipfe quidem pro meo ingenio ab omni litteraria lite alieniffimo has collegae cariffimi difceptationes femper inuitus valde et paffim non fine dolore obferuaui. Attamen nec pauca nec leuia mihi funt eas in eo quodammodo excufandi argumenta.

9

Primum enim ipfae hae controuerfiae magnam partem non tam verfabantur circa theoreticas vt vocantur hypothefes quam fuper artis falutiferae ad levanda vitae humanae incommoda et ad fanitatem ipfamque vitam feruandam grauiffimis quaeftionibus.

Tum vero accedit quod in plerisque huiusmodi diffidiis nofter ab aduerfariis primo laceffitus vnice fui defenfor iniurias repellere et parta tueri fategerit.

Et si quandoque fauorabilem opinionem quam de vno alteroue eorum antea habuerat, posimodum mutare visus est, non statim ideo inconstantiae aut leuitatis taxandus, siquidem (vt ERASMI mei verbis vtar, quibus similem reprehensionem sibi factam abstatis) Si quis laudet vinum probum, an is post accusabitur vanitatis, si contingat vinum acescere?

Cumque OSIANDRO effet temperamentum quod aiunt fanguineo cholericum, hoc ipfum eum ab vna parte non nimis providum deliberatorem multumque in posterum prospicientem sed genio suo facilius indulgentem, ab altera vero aliter sentientium minus tolerantem et irae passim praecipitem reddidit.

Quo maiori autem pollebat facilitate fcribendi eo minus datum ipfi erat criticas eiusmodi animaduerfiones diutina circumfpectione in annum premere, et in his quoque ipfum illud confilium fequi quod tanquam fymbolum 2<sup>do</sup> volumini enchiridii obfietricii verbis TACITI praefixerat: "compositius cuncta, quam festinantius."

Quantum vero reuera abfuerit probifimus vir ab omni animo hifce controuerfiis alii opinioni addictos vulnerandi, mihi quidem

2

vel exinde perfualissimum est, quod et non semel neque admodum molliter de meis super variis quaestionum anatomicarum et physiologicarum sententiis iudicauerit; quem ceteroquin sincerissima amicitia sua et ossicios quauis occasione inferuiendi sudio per 30 annos, et quod extremis quas ad me dederat litterulis adhuc fancte testabatur, ad vltimum vitae halitum candide seruata, amplexus est.

Quae OSIANDRO contigerat robusti corporis constitutio, quantum ad artis suae exercitium ipsi profuerit faciles dabunt eius periti qui norunt quantum virium in partu difficili expediendo, vel ad centenos subinde forcipis ope peragendos tractus requiratur, vt noctes taceam infommes quarum eum ad quadraginta circiter et vltra quouis anno dum hospitio obsietricio praesuit, peregisse science.

Quamquam vero ex pluribus iam annis fubinde variis afficeretur minoris grauiorisque interdum momenti aegrotationibus nullatenus tamen his indulgere aut ideo a multifariis quae ipfi incumbebant officiis fe auocare paffus eft; verum firenue in iis perfitit, quid quod et ferioribus annis vix conualefcens non vnum et quidem fatis longum iter, ad matronas exteras, grauiter decumbentes euocatus, infiituerit.

Sub ingreffum vero vltimi vitae anni, qui aetatis fuae 63<sup>tius</sup> erat, quemque vulgo tanquam climactericum magnum pro ancipiti et quafi decretorio habere folent, nofter quoque non femel de eius in vitae humanae curriculo dignitate mecum colloquutus, fodalitio etiam noftro commentationem de eo argumento exhibere ftuduit, imo et iam lectulo conftantius adfixus filio cariffimo quem iam honoris cauffa nominaui commifit vt eo fcopo monographias quotquot de eo argumento in ditiffima Georgiae Auguliae bibliotheca afferuantur, conquireret. Et quidem praeter haemorrhoides quibus pridem laborauerat, primum iam vere anni praeteriti diutino vexabatur diabete cum faucium ficcitate et inexplebili fiti coniuncto.

Morbo hoc, etfi per interualla, Iongius ferpente obferuabilis fimul erat in optimo viro fingularis in quibusdam animi propenfionibus mutatio. Frigus, ne dicam taedium, in rebus quibus hactenus cum voluptate delectabatur, ut florum et frugum cultura, tabularum pictarum quarum ipfe numerum haud paruo aere fibi comparauerat contemplatio, imo vero quod longe magis dolendum videbatur, tacita quaedam in plures amicorum et familiarium diffidentia, vtpote quos parcius inuiferet et praeter praelectiones et nofocomii indefessam curam fe fere totum in cubiculo contineret litteris fe inuoluens aut fcribens aut legens.

Memorabile vero mihi accidit quod cari aegroti filius quem faepius iam laudaui, et quem inter medicos veteres inprimis ARETAEUM maximi facere eiusque lectione valdopere oblectari pridem noram, cum eam animi quam dixi in patre mutationem mirarer, fiatim me moneret, magnum istum medicum Cappadocem inter affectiones diabeticorum nominatim et hoc referre quod omnia fostidiant, de omnibus dubitent.

Sub anni quem viuimus initium scenam mutauit morbus in eo nunc praesertim notabilis quod aeger per integras senas hebdomades ex stomacho fastitiente tam diuturna corriperetur inedia, vt toto hoc tempore praeter potulenta ab omni victu solidiore plane abstinuerit.

Mentis integritatem quid quod et plerumque suetam hilaritatem ad vltimum vsque diem qui 25<sup>tus</sup> erat m. Martii seruauit intemeratam, ea quam toties in votis habuerat ευθανασια a summo numine beatus. Cumque ante aliquot annos Salisburgi versatus praeter alia carbonis lignei virtutem antisepticam et conferuatricem in veterum Romanorum quae ibi eruuntur monumentis observasset, eamque ex itinere redux multifariis experimentis comprobasset, eaque ad varios vsus praelectione in confessu sodalitii nostri habita commendasset \*), eandem et proprio funere vstro confirmare et quass obsignare voluit, adeoque corpus exanime loculo commissum puluere carbonario fagineo condi iusset.

Magno quo fautores, amici, et auditores funus defuncti comitarunt numero, quam cara ipfis fit meritiffimi viri memoria teftati funt, cui iam et ego cogitans quo amico, quo viro caream, pia et grata mente ex animo iterum iterumque dico OSIANDER vale, aeternum vale.

pristain morale, cum cam animi coam discin mare refere miner

minner alisit a ma mainer animeran Shine mainer on a fisite was

een inter allectiones diabetigerma nomination et lige releve

en euro prodervin rie alles quad reger per inceges f faile hebdonnées ex flomacho fessivière tenzedictions cotrifices na linglia, et tôto, hoc tempore paseter politionta ab 'ound vieus fellefore

Armis integrinten eufd quod er plargingun fintent giller

teni ad vilimitra vique viena qui est verat pa Martii firred a inte meratam, ea quam tottes in votie ligbuerat er Stearra v fammo numine beatus. Cumque anto aliquet annos Salisburgi

quod cumin fassinant, de emilious diabitente and

plane ablinuerit.

\*) Cf. adhuc Götting. gel. Anz. 1821. p. 1151.